Qk 243. 41
X 2045126
Zb 3133

# CORONÆ ἀναγραμματισμοί

AD

# REVERENDUM,

INSIGNI PIETATE ET eruditione, morumq́; integritate & comitate Virum excellentiſſimum, Dn. JOANNEM GERHARTI, SS. Theologiæ D. ejuſdemq́; Patronum & propugnatorem acerrimum: nec non Præpoſitum & Superintendentem Eccleſiarum Heldtburgenſium vigilantiſſimum, & Profeſſorem Gymnaſii Caſimiriani ordinarium & primarium:

*Dn. & amicum, fautorem meum ætatem colendiſſimum.*

SCRIPTÆ

*NICOLAO à BREMO Heldtburgenſi, T.C. Stylo curſorio.*

COBURGI
Typis Caſpari Bertſchii impreſſæ.
*ANNO*
*M DC VIII.*

Ἐσβαρ[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75272-p0001-6

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75272-p0002-1

# I.

## JOHANNES GERHARTI S. THEOLOGIÆ D. & S. H. & P. C.

**RESTINGO HÆRESIN APTE: DET SILOH! HOC AGET.**

SI ſua ſunt palmæ meritæ præclara Βραβεῖα,
Cum procul expertus Thraso dimovit ab urbe
Obſeſsâ, horrendum Martem, hoſtileisq́; phalanges,
Atque lares patrios, civeisq́;, in aperta pericla
Immiſſos, redimit; deducit ab obſidione:
Quin ſua ſunt palmæ prælustria munera, tanti
An facti tenues laus evaneſcet in auras,
Hæreticum contra quiſquam ſi prælia juſta
Audet & aggreditur telis cœleſtibus agmen?
Quidnî ſic? etenim quo non ſua fulgura torquet
Hæreſis? hac non ira Deûm, nec ſævior ulla

Peſtis, quæ cœli ſcandit faſtigia ſummma,
Atq; thronum CHRISTI diris evertere tentat.
Hæreſis en frugem! ſignum ecce quod hæreſis eſt.
Prodiit hæretici conſortes agminis inter,
Atq; Diabolici.
Fluctuat hinc paſſim diſcordia RELL'IGIONIS.
Heu! quo perduxit miſeros? perduxit ad orcum.
Zvvinglius hæreticus CHRISTI, quo nunc Ariusq́;,
Calvinus, Carolſtadius, Schuuenckfeldius atq;
Enthuſiaſta, Manichæus, ſeu Pontificesq́;.
Lætitiâ cunctos Satanas excepit in orcum;
Excipiet, quicunq; fidem his erroribus addent.
Ecquis tot varias fando peſtes animarum
Explicet & poſſit ſcelera exæquare canendo?
Tot fidei fictæ labyrinthi: totq́; furores
Hæreſium paſſim ſparguntur ab hoſtibus ALMI,
Quot ſenſus hominum ſunt, ah miſerabile dictu!
UNA FIDES: UNUS DEUS EST: UMUMQUE LAVACRUM,
JUSTIFICAT: QUI VIVIFICAT: QUOD PURIFICAT nos.
Hæretici tamen obverſâ ratione relinquunt
HÆC TRIA, miſcentes ſua nunc & ubiq; venena.
Hæreſin ut poſſint animæq́; evadere tandem
Tutius electi peſtem, nec ut anguis in herba,
Clam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75272-p0004-2

Clam lateat ſemper: RESTINGO hanc HÆRESIN
APTE.

Gnavus enim Sacris incumbis fervidè & inſtas:
Suaviter & graviter tradis præcepta JEHOVÆ,
Et quæ Scripturæ non congrua, dirigis unam
Ad normam fidei: Sic RELLIGIONIS Aſylum
Es validum: JANI magnum decus & CASIMIRI,
Inſuper & variis ſuper omnes dotibus auctus.

Quod ſupereſt igitur, DET SILOH, HÆRESIN
APTE.
Exſtingas ſemper! pol AGET Dux HOC, quia
præbet
Ipſe tibi vires, uberrima commoda, & omni
Hæreticis audet qui ſe committere campis.

## II.

### JOANNES GERHARTUS T(H)e. D.
### NÆ HIS ARDOR ES! TEGUNT.

NÆ GERHARTE (ſoles quorum invigilare ſalutem,
Et quos ſincero dogmate paſcis ovans.

Fervi-

Fervidus ARDOR ES HIS, tua dogmata percipiendum!
Aſt percepta TEGUNT hæretici variè.

## III.

JOANNES GERHARTUS T(H)e. D.
RESTRINGE HOS: NE AD TUA.

ERgo Blaſphemos RESTRINGE HOS magne GERHARTE,
AD TUA NE templi limina perveniant.

## IV.

JOANNES GERHARTUS T(H)e. D.
RESTRINGE HOS: DANT AVE.

NOn quæras ultra: ſed & HOS RESTRINGE repente,
Qui tibi DANT ô AVE! dulce cave præ AVE.

Joan-

## V.

## JOANNES GERHARTUS T(H)e. D.
## RESTRINGE HOS EVADANT.

HÆreticos tandem HOS omnes RESTRINGE GERHARTE,
EVADANT undas hinc procul ad Stygias.

## VI.

## JOANNES GERHARTUS. D.
## EHON' DIGNUS EST ARRHA?

HOc opus, hic labor, hæreticos reſtingere Chriſti,
Sed quid pro tantis inde lucri capiam?
ARRHA DIGNUS EHON' EST? eſt dignus precioſâ
Tædia qui perfert, ſuſtineatq; lucra.

*FINIS.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75272-p0007-9

Zb 3133

Curarum

VD17 MC.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-75272-p0008-4

QK 243. 41

CORONÆ ἀναγ…

AD…

# REVERE…

INSIGNI PIE…
eruditione, morumq; int…
te Virum excellentiſſimum…
GERHARTI, SS. Theolo…
tronum & propugnatorem…
Præpoſitum & Superinten…
Heldtbürgenſium vigilanti…
rem Gymnaſii Caſimir…
& primariu…

*Dn. & amicum, fautor…*
*colendiſſim…*

SCRIP…

*NICOLAO à BRE…*
*T.C. Stylo c…*

---

COBU…
Typis Caſpari Bert…
*ANN…*
*MDCV…*